

2323.

1322 d. 20 Jan.

NILS FILIPSSON i Skutunge upplåter 10 års inkomster af 6 öreländ i Kyrista åt sin broder, Herr Ingevald af Åkerby, som återköpt och till honom återställt 6 öreländ i Skutunge, hvilka varit pantsatta för lån hos kyrkor och kyrkoherdar samt andra personer.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presentes litteras inspecturis. NICOLAUS PHILIPPI in skutunge salutem in domino. Nouerint vniuersi per presentes quod dominus ingiualdus de akerbý frater meus predia mea scilicet VI oras in skutunge per me ob mee necessitatis exigenciam exposita et in pignera tradita de diuersis ecclesiis et earum rectoribus aliisque personis fidedignis ex suiipsius facultatibus resoluit. eadem mihi meisque heredibus restituens et reassignans perpetue proprietatis iure possidenda. volens igitur tante curialitati sue satisfacere. predicto domino ingiualdo fratri meo predia mea. scilicet. VI oras in villa kýristum ad .X. annos expono. deputans eidem omnes fructus et obuenciones prefatarum .VI. orarum. infra decennium que verus et legitimus possessor percipere poterit. ita eciam quod de predictis fructu et obuencionibus si infra memoratum terminum necesse fuerit. in extremis possit pro voluntate sua testamentaliter ordinare. post transactum vero decennium sepredicta predia scilicet. VI ore in kyristum ad possessionem meam meorumque heredum reuoco et resumo. In cuius ordinacionis euidenciam firmiorem quia siggilum per me non habeo peto cum instancia siggilla discretorum. domini siggonis de bæling et ioon ingimarsson presentibus apponi. testes autem huius negocii seu firmarii, qui wigariter fastar dicuntur sunt predictus iohannes. ofradus. andris birgirsson. laurencius gunnarsson. kætilbernus in rørbý. iohannes ibidem. olaus in lonaschelue (?). petrus in høgby. olaus in fanastum. nicolaus in huggesstum. laurencius ibidem. olaws in molstum. iarlerus ibidem. laurencius in sunnubro. petrus in skutunge. elauus in brunby. iohannes in egbý. iacobus campanarius. iohannes dacus. røricus in blaxta. andreas in ængeby. iohannes galle fastbernus in kroxta. et ragnuastus ibidem Actum anno domini M° CCC°. XXII. feria quarta proxima precedente conuersionem sancti pauli apostoli.

På fränsidan; Littera annexa testamento domini ingiualdi de akerby.

Sigillen: N. 1 adligt, utplåadt, på en ur brefvet klippt remsa; N. 2 saknas.

2324.

1322 d. 21 Jan.

Salsta.

NILS ABIÖRNSSON befullmäktigar Riddaren Finvid Nilsson, att gifva Ärkebiskop Olof fasta på ön Ljusterö. (Jfr. N. 2332).

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presentes litteras inspecturis, NICHOLAUS ABIORNASON salutem in domino sempiternam, Tenore presencium notum facio tam posteris quam

modernis, me nobili militi domino finwido niclesson plenam actoritatem contulisse, insulam dictam lÿustrø cum omnibus et singulis suis adiacencijs quibuscumque, venerabili in christo patri domino Olauo dei gracia archiepiscopo vpsalensi cum affirmatoribus dictis, factum ex parte mea legaliter assignandi jñ. cuius rei testimonium et euidenciam sigillum meum presentibus est appensum, Datum salestum anno Domini. M^o. CCC^o. XXII^o die sancte agnetis virginis.

Sigillet, jemte den ur brefvet klippta remsan, borta.

2325.

1322 d. 10 Febr.

RÖRIK BIRGERSSON säljer till sin son Birger sin lösa och fasta egendom i Mjäldrunge i Säsine, för 100 mark penningar.

L. Sparres saml. afskr. i Riks-Arch. Sign. J. 5: 2.

Omnibus presentes litteras inspècturis, RØRICUS BYRGIRSSON, salutem in Domino sempiternam. Per presentes notum facio vniuersis, me nobili viro discreto, dilecto filio meo Byrgero, bona mea mobilia et immobilia in Miældrungi in Sæsine sita, que ibidem possideo, cum omnibus suis adiacencijs, quibuscunque, in agris, pratis, pascuis, siluis piscarijs, molendinis et molendinorum locis, prope villam et longe, positis, pro Centum marchis denariorum vsualis monete, vendidisse, ac eidem Byrgero suisque heredibus proprio, in perpetuum possidenda, mihi alijsque meis heredibus penitus alienans. In cuius rei Testimonium, et robur firminus, vna cum sigillo meo proprio, sigilla virorum nobilium, Domini Thordonis bondhæ militis anundj. et Folkonis Røriksson, filiorum, necnon et filie mee Christine sunt appensa. Datum Anno Domini M. CCC. XX. II. die beate scholastice Virginis.

Enligt teckningen, hafva sigillen N:o 1, 2, 5 funnits, N:o 3, 4 varit borta.

2326.

1322 d. 12 Mars.

Wreta.

Abbedissan KATARINA, INGRID SVANTAPOLKS DOTTER och hela KONVENTET i Wreta kloster försälja, till afhjelpande af klostrets behof, sina gods i Hasleberg, till Johan Hemmingsson, borgareson från Linköping, för 100 mark penningar.

Vidim. afskr. på perg. i Kongl. Bibl. *)

Omnibus presens scriptum cernentibus KATERINA abbatissa wretis INGRIDIS SSWANTAPOLSDOTER totusque CONUENTUS ibidem in domino salutem presen-

*) Ur en odaterad vidimation från slutet af 1300- eller början af 1400-talet, utgifven af Prosten Knut Haqvinsson i Qvillinge och Nils Magnusson, Kyrkoprest i Risinge, Jöns Thorstensson i Hellestad och Holmsten Jonsson.